
be me July
an Notary

Hoꝛe beate Marie virginis secundum vſum Insignis eccleſie Sarum, /totaliter ad longum & ſine require.

✠

unique copy

Safe. 12

CHATSWORTH
Bookcase ~~Oct~~
Shelf ~~A~~

6132 i 7

be me July
an Notary

Hore beate Marie virginis ſecundum vſum Inſignis eccleſie Sarum / totaliter ad longum & ſine require.

Almanac pro .xix. annis.

Numerus anni	Pascha	Aureus numer⁹	Littera dñicalis.	
m ccccc iii	xvi aprilis	iii	A	
m ccccc iiii	vii aprilis	iiii	F	G
m ccccc v	xxiii marcii	v	E	
m ccccc vi	xii aprilis	vi	D	
m ccccc vii	iiii aprilis	vii	C	
m ccccc viii	xxiii aprilis	viii	A	B
m ccccc ix	viii aprilis	ix	G	
m ccccc x	xxxi marcii	x	F	
m ccccc xi	xx aprilis	xi	E	
m ccccc xii	xi aprilis	xii	C	D
m ccccc xiii	xvii marcii	xiii	B	
m ccccc xiiii	xvi aprilis	xiiii	A	
m ccccc xv	viii aprilis	xv	G	
m ccccc xvi	xxii marcii	xvi	E	F
m ccccc xvii	xxiii aprilis	xvii	D	
m ccccc xviii	iiii aprilis	xviii	C	
m ccccc xix	xvii aprilis	xix	B	
m ccccc xx	viii aprilis	i	G	A
m ccccc xxi	xxxi marcii	ii	F	

KL Januarius habet dies .xxxi.
Luna vero .xxx.

iii	A	Circunciſio domini.
	b	Octaue ſancti ſtephani.
xi	c	Oct. ſcti Johãnis. Sctē Genouefe.
	d	Octaue ſanctorum Innocentium.
xix	e	Oct. ſcti thome. Depoſitio ſ. edwar.
viii	f	Epiphania domini.
	g	Sanctoꝝ felicis ⁊ ganuarii
xvi	A	Luciani ⁊ ſocioꝝ eius.
v	b	Sancti Iudoici.
	c	Pauli primi heremite.
xiii	d	Iginii pape ⁊ martiris.
ii	e	Sancti archadii martyris
	f	Hylarii epi Sol in ariete
x	g	Sancti felicis.
	A	Mauri abbatis. Sancti Iſidori.
xviii	b	Sancti Marcelli pape.
vii	c	Sulpicii epi Depoſitio ſ. anthonii.
	d	Sancte priſce virginis.
xv	e	Sancti vulſtani epi.
iiii	f	Sanctoꝝ fabiani ⁊ Sebaſtiani.
	g	Agnetis virginis.
xii	A	Vincentii martyris.
i	b	Emerentiane virginis.
	c	Sancti thimothei.
ix	d	Conuerſio ſancti pauli.
	e	Policarpi epi ⁊ martyris.

xvii	f	Sancti Juliani epiſcopi.
vi	g	Agnetis ſcdo. Thome de aqno.
	A	Ualerii epi diſcipuli ſancti petri.
xiiii	b	Batildis regine.
iii	c	Saturnini ⁊ victoris martyrum.
KL		Februarius habet dies.xxviii Luna vero.xxix.
	d	Brigide Ignacii epi ⁊ confeſſoris
xi	e	Purificatio beate marie.
xix	f	Blaſii epi ⁊ martyris.
viii	g	Sancti Gilberti.
	A	Agathe virginis ⁊ martyris.
xvi	b	Uedaſti ⁊ amandi epiſcopoꝝ
v	c	Anguli epiſcopi.
	d	Pauli epi. Luci ⁊ ciriaci.
xiii	e	Appolonie virginis.
ii	f	Scolaſtice virginis.
	g	Eufraſie virginis.
x	A	Eulalie virginis. Sal in piſce.
	b	Wulfranni epiſcopi.
xviii	c	Ualentini epi ⁊ martyris.
vii	d	Fauſtini ⁊ Joniti.
	e	Juliane virginis.
xv	f	Policronii epi ⁊ martyris.
iiii	g	Symeonis epi ⁊ martyris.
	A	Sabini ⁊ Juliani martyꝝ.
xii	b	Mildrede virginis.
i	c	Sanctoꝝ ſexagintanoem martyꝝ

	d	Cathedra ſancti Petri.
ix	e	Pollicarpi Locus biſſexti.
	f	Mathie apoſtoli·
xvii	g	Innocentio ſancti pauli apoſtoli
vi	A	
	b	Sancti auguſtini.
xiiii	c	Oſwaldi epi ⁊ confeſſoꝛis.

KL Marcius habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

iii	d	Sancti dauid epiſcopi.
•	e	Cedde epiſcopi ⁊ confeſſoꝛis.
xi	f	Sanctoꝛum Marini ⁊ aſterii
	g	Sancti adꝛiani.
xix	A	Sanctoꝝ foce ⁊ euſebii.
viii	b	Victoꝛis ⁊ victoꝛini.
	c	Perpetue ⁊ felicitatis.
xvi	d	Depoſitio ſācti felicis epi ⁊ ꝯfeſſoꝛis
v	e	Quadraginta martyꝛum.
	f	×Agape virginis.
xiii	g	Sanctoꝝ Quiriaci ⁊ Candidi.
ii	A	Gregoꝛii pape.
	b	Theodoꝛe martyꝛis.
x	c	Petri martyꝛis. Sol ī ariete. Eq̄nde.
	d	Longini martyꝛis.
xviii	e	Sctoꝝ martyꝝ hylarii ⁊ taciani
vii	f	Patricii epi Ghertrudis ꝟginis.
	g	Edwardi regis.
xv	A	Joſeph ſponſi beate marie virginis

iiii	b	Sancti Cuthberti	
	c	Benedicti abbatis.	xvi
xii	d	Affrodoſii epi.	v
i	e	Theodori preſbyteri.	
	f	Agapiti martyris.	xiii
ix	g	Annunciatio dominica	ii
	A	Caſtoris martyris.	
xvii	b	Reſurrectio dñi principale.	x
vi	c	Dorothee virginis.	
	d	Sancti Victorini	xviii
xiiii	e	Quirini martyris.	vii
iii	f	Sancti Aldelmi epiſcopi.	

Si ſcire volueris diē paſche cuiuſlibet anni accipe numerū aureū rubeū illius anni / hic in menſe marcii & aprilis ad latus dextrum poſitum: quo inuento quere proximaz dñicam ſequentem: & illa dñica erit paſcha.

KL Aprilis habet dies.xxx.
Luna vero.xxx.

	g	Theodoſie virginis	xv
xi	A	Marie egyptiace.	iiii
	b	Ricardi epi Pancracii.	
xix	c	Sancti Ambroſii epiſcopi.	xii
viii	d	Martiniani & marciani martyr	i
xvi	e	Sixti pape & martyris.	
v	f	Eufemie virginis.	ix
	g	Egeſippi ſociorumque eius.	
xiii	A	Pertui epiſcopi.	xvii

ii	b	Paſſio ſanctaꝝ ſeptē virginū.	vi
	c	Sancti Guthlaci.	
x	d	Julii pape ⁊ Conſtantini ep̄i.	xiiii
	e	Eufemie virgis. Sol in tauro.	iii
xviii	f	Tiburcii ⁊ valeriani.	
vii	g	Oſwaldi archiepiſcopi.	xi
	A	Sancti Iſidoꝛi.	
xv	b	Aniceti pape.	xix
iiii	c	Eleutherii ⁊ anthei.	viii
	d	Alphegi epiſcopi.	
xii	e	Victoꝛis pape ⁊ martyꝛis.	
i	f	Symeonis ep̄i ⁊ martyꝛis.	
	g	Sotheris. Inuētio ſcti dyoniſii.	
ix	A	Geoꝛgii martyꝛis.	
	b	Wilfridi epiſcopi. ⁊ confeſſoꝛis.	
xvii	c	Marci euangeliſte	
vi	d	Cleti pape.	
	e	Anaſtaſii pape.	
xiiii	f	Vitalis martyꝛis.	
iii	g	Petri mediolanenſis.	
	A	Depoſitio ſancti Erkenwaldi.	

KL Maius habet dies. xxxi.
Luna vero. xxx.

xi	b	Philippi ⁊ Jacobi apoſtoloꝝ	
	c	Athanaſii epiſcopi.	
xix	d	Inuentio ſanct Crucis.	
viii	e	Feſtum coꝛone ſpinee domini.	
	f	Sancti godardi.	

xvi	g	Johannis ante portam latinam.
v	A	Johannis de beuerlaco.
	b	Apparitio ſancti Michaelis.
xiii	c	Tranſlatio ſancti Nicolai.
ii	d	Gordiani ⁊ epimachi.
	e	Anthonii martyris.
x	f	Nerei Achillei atqꝫ Pancracii
	g	Seruacii epi ⁊ confeſſoris.
xviii	A	Bonefacii martyris.
vii	b	Iſidori martyris.
	c	Brandani epi ⁊ confeſſoris.
xv	d	Tranſlatio ſancti Bernardi.
iiii	e	Dyoſcori martyris.
	f	Dunſtani epi ⁊ couſeſſoris.
xii	g	Scti Bernardini. Ethelberti regis
i	A	Helene regine. Vitalis preſbyteri.
	b	Sancte Juliane virginis.
ix	c	Sancti deſiderii martyris.
	d	Tranſlatio ſancti franciſci.
xvii	e	Sancti aldelmi.
vi	f	Sancti Auguſtini.
	g	Sancti Bede preſbyteri.
xiiii	A	Sancti germani.
iii	b	Sancti coronis martyris.
	c	Sancti Felicis pape. Huberti.
xi	d	Sancte petronille virginis.

KL Junius habet dies.xxx.
Luna vero.xxx.

	e	Sancti nichomedis.
xix	f	Sancti Marcellini.
viii	g	Sancti Eraſmi.
xvi	A	Sancti petroci.
v	b	Sancti Bonefacii.
	c	Sancti Melonis archiepiſcopi.
xiii	d	Tranſlatio ſancti willelmi epiſcopi
ii	e	Wilhelmi archiepi. Medardi
	f	Tranſlatio ſancti Edmundi.
x	g	Trãſlatio ſcti yuonis epi ⁊ cõfeſſoꝛis
	A	Barnabe apli. Scti Anthonii mõ.
xviii	b	Sancti Baſilidis.
vii	c	Sancti anthonii de oꝛdine minoꝝ.
	d	Sancti Baſilii epiſcopi.
xv	e	Sctoꝝ viti ⁊ modeſti. Sol in cancro.
iiii	f	Tranſlatio ſancti Ricardi.
	g	Sancti Botulphi.
xii	A	Marci ⁊ Marcelliani.
i	b	Geruaſii ⁊ prothaſii martyꝝ.
	c	Tranſlatio ſancti edwardi.
ix	d	Walburge virginis.
	e	Albani martyris.
xvii	f	Etheldꝛede virginis. Vigilia
vi	g	Natiuitas ſancti iohãnis baptiſte.
	A	Tranſlatio eligii epi.
xiiii	b	Johannis ⁊ pauli.
iii	c	Sancti Creſcentis.
	d	Leonis pape ⁊ ꝯfeſſo. Vigilia.

xi	e	Petri ⁊ pauli apoſtolorum.	
	f	Cōmemoratio ſancti pauli.	
KL		Julius habet dies .xxxi Luna vero .xxx.	
xix	g	Octaue ſancti Johannis baptiſte.	
viii	A	Uiſitatio beate marie.	
	b	Tranſlatio ſancti thome apoſtoli.	
xvi	c	Tranſlatio ſancti martini.	
v	d	Zoe virginis ⁊ martyris.	
	e	Octaue petri ⁊ pauli.	
xiii	f	Tranſlatio ſancti thome martyris.	
ii	g	Depoſitio ſancti grimbaldi. *	
	A	Cirilli epiſcopi ⁊ martyris.	
x	b	Septem fratrum martyrum.	
	c	Tranſlatio ſancti benedicti abbatis	
xviii	d	Naboris ⁊ felicis.	
vii	e	Priuati martyris	
	f	Diuiſio aploꝝ.	Incipiūt dies canic.
xv	g	Tranſlatio ſancti ſwithuni.	
iiii	A	Tranſlatio ſ. oſmūdi.	Sol ī leone
	b	kenelmi regis ⁊ martyris.	
xii	c	Arnulphi epiſcopi.	
i	d	Rufine ⁊ Juſtine.	
	e	Margarete virginis.	
ix	f	Praxedis virginis.	
	g	Marie magdalene.	
xvii	A	Appollinaris martyris.	
vi	b	Criſtine virginis.	Uigilia

	c	Jacobi apli. Xpofori & cucufati.
xiiii	d	Anne matris Marie.
iii	e	Septē dormientiū. Marthe hoſpitis 7
	f	Sampſonis epiſcopi.
xi	g	Felicis & ſociorum eius.
xix	A	Sanctorū abdon & ſennes.
	b	Germani epi & confeſſoris.
KL		Auguſtus habet dies .xxxi.
		Luna vero .xxix.
viii	c	Petri ad vincula.
xvi	d	Stephani pape.
v	e	Inuentio ſancti Stephani.
	f	Iuſtini preſbyteri.
xiii	g	Oſwaldi. Feſtum niuis.
ii	A	Transfiguratio domini.
	b	Feſtum dulciſſimi nominis Jeſu
x	c	Sancti Ciriaci.
	d	Sancti Romani. Vig. lia.
xviii	e	Sancti Laurentii martyris.
vii	f	Sancti Tiburcii.
	g	Sancte Clare.
xv	A	Ipoliti & ſociorum.
iiii	b	Euſebii confeſſoris. Vigilia
	c	Aſſumptio beate Marie virginis.
xii	d	Sancti Rochi. Sol in virgine.
i	e	Octaue ſancti Laurentii.
	f	Sancti Agapiti.
ix	g	Magni martyris.

	A	Ludouici epiſcopi.
xvii	b	Sancti Bernardi.
vi	c	Octaue Aſſumptionis beate Marie
	d	Thimothei et appollinaris. Vigilia
xiiii	e	Bartholomei apoſtoli.
iii	f	Ludouici regis francorum.
	g	Sancti ſeuerini.
xi	A	Rufi martyris.
xix	b	Sancti auguſtini.
	c	Decollatio ſancti Johannis baptiſte *
viii	d	Felicis et audacti.
	e	Cuthburge virginis.

KL September habet dies .xxx.
Luna vero .xxx.

xvi	f	Egidii abbatis.
v	g	Anthonini martyris.
	A	Ordinatio ſancti Gregorii pape.
xiii	b	Tranſlatio ſancti Cuthberti.
ii	c	Bertini abbatis.
	d	Sancti [illegible]
x	e	Euurcii epiſcopi et confeſſoris.
	f	Natiuitas beate Marie. ✠
xviii	g	Gorgonii martyris.
vii	A	Sancti ſaluii epiſcopi.
	b	Prothi et iacincti.
xv	c	Martiniani epiſcopi.
iiii	d	Mauricii epiſcopi.
	e	Exaltatio ſancte crucis.

xii	f	Octaue beate marie.	Equinoctiũ.
i	g	Edithe virginis.	Sol in libra.
	A	Lamberti epi ⁊ martyris.	
ix	b	Victoris ⁊ Corone.	
	c	Januarii matyris.	
xvii	d	Euſtachii.	Vigilia.
vi	e	Sancti mathei apoſtoli.	
	f	Mauricii ⁊ ſociorum.	
xiiii	g	Tecle virginis.	
iii	A	Andochii martyris.	
	b	Firmini epiſcopi.	
xi	c	Cypriani ⁊ Juſtini.	
xix	d	Coſme ⁊ damiani.	
	e	Exuperii epicopi.	
viii	f	Michaelis archangeli.	
	g	Jheronymi preſbyteri.	

KL October habet dies.xxxi.
Luna vero.xxx.

xvi	A	Remigii epiſcopi	Bauonis
v	b	Leodegarii epiſcopi.	
xiii	c	Candidi martyris.	
ii	d	Franciſce confeſſoris.	
	e	Appollinaris martyris.	
x	f	Sancte Fidis.	
	g	Sanctoꝝ marci ⁊ marcelliani.	
xviii	A	Sancte pelagie.	
vii	b	Dyoniſii ruſtici ⁊ eleutherii.	
	c	Gereonis ⁊ ſociorum eius.	
xv	d	Nichaſii epiſcopi.	

iiii	e	Sancti wilfridi.
	f	Tranſlatio ſancti Edwardi.
xii	g	Calixti pape.
i	A	Sancti wulfranni.
	b	Michaelis archã. Sol in ſcorpiõe.
ix	c	Etheldrede virginis.
	d	Luce euangeliſte.
xvii	e	Fredeſwide virginis.
vi	f	Auſtroberte virginis.
	g	Undecim milia virginum.
xiiii	A	Marie ſalome.
iii	b	Romani epiſcopi.
	c	Maglorii epiſcopi.
xi	d	Criſpini & criſpiniani.
xix	e	Euariſti pape.
	f	Florentii martyris Uigilia
viii	g	Simonis & iude apoſtolorum.
	A	Narciſci epiſcopi.
xvi	b	Germani & capuani epiſcopoꝝ.
v	c	Quintini martyris.

KL Nouember habet dies .xxx.
Luna vero .xxx.

	d	Feſtum omnium ſanctorum.
xiii	e	Commemoratio animarum.
ii	f	Wenefrede virginis.
	g	Sancti amantii.
x	A	Leti preſbyteri.
	b	Leonardi abbatis.
xviii	c	Willebrordi archiepiſcopi.

vii	d	Quattuor coronatoꝝ 4
	e	Sancti theodori.
xv	f	Martini pape.
iiii	g	Martini epiſcopi.
	A	Paterni martyris.
xii	b	Bricii epiſcopi.
i	c	Tranſlatio ſancti Erken waldi.
	d	Macuti. Sol in ſagittario.
ix	e	Depoſitio ſancti Edmundi.
	f	Hugonis epiſcopi.
xvii	g	Octaue ſancti martini.
vi	A	Elizabeth matrone.
	b	Edmundi regis.
xiiii	c	Preſentatio beate marie virginis.
iii	d	Cecilie virginis.
	e	Clementis pape ⁊ martyris.
xi	f	Griſogoni martyris.
xix	g	katherine virginis ⁊ martyris.
	A	Lini pape ⁊ martyris.
viii	b	Sanctorum agricole ⁊ vitalis.
	c	Rufi martyris.
xvi	d	Saturnini criſantis. ⁊c. Vigilia.
v	e	Andree apoſtoli.

KL December habet dies .xxxi.
Luna vero .xxx.

	f	Eligii epiſcopi.
xiii	g	Sancti Libiani.
ii	A	Barbare virginis ⁊ martyris.

16

x	b	Oſmundi epiſcopi.	
	c	Sabbe abbatis.	
xviii	d	Nicolai epiſcopi.	
vii	e	Octaue ſancti andree.	
	f	Conceptio beate marie.	
xv	g	Cypriani abbatis	
iiii	A	Sancte eulalie.	
	b	Damaſi pape.	
xii	c	Pauli epiſcopi ⁊ confeſſoris.	
i	d	Lucie virginis.	
	e	Othilie virginis.	
ix	f	Ualerii epiſcopi ⁊ ꝯfeſſoris.	
	g	Sol in capricorno.	
xvii	A	Lazari epiſcopi.	
vi	b	Graciani epiſcopi.	
	c	Ueneſie virginis.	
xiiii	d	Iulii martyris	Uigilia.
iii	e	Thome apoſtoli.	
	f	Triginta martyrum.	
xi	g	Uictorie virginis.	
xix	A	Sanctaꝝ virginū.xl.	Uigilia.
	b	Natiuitas dñi noſtri ieſu chriſti.	
viii	c	Stephani prothomartyris.	
	d	Iohannis euangeliſte.	
xvi	e	Sanctorum innocentium.	
v	f	Thome martyris.	
	g	Tranſlatio ſancti Iacobi.	
xiii	A	Silueſtri pape.	

¶ Initium ſancti euangelij ſecundum Johannem. Gloria tibi domine.

In principio erat verbū et verbum erat apud deum: et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt et ſine ipſo factum eſt nichil. Quod factū eſt in ipſo vita erat: ⁊ vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderūt. Fuit homo miſſus a deo: cui nomē erat Johānes. Hic venit in teſtimoniū/ vt teſtimoniū ꝑ œhiberet lumīe vt om̄es crederēt ꝑ illū. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniū ꝑhiberet de lumine. Erat lux verat que illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. In mūdo erat: et mūdus ꝑ ipm̄ factus eſt: ⁊ mūdus eū nō cognouit. In ꝓpria venit: et ſui eū nō receperūt: Quotquot aūt receperunt eū dedit eis poteſtatē filios dei fieri: his qui credūt in nomine eius. Qui nō ex ſanguinibus: neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex volūtate viri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti a patre: plenū gratie et veritatis. Deo gratias. Laus deo: pax viuis: et requies defunctis.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſecūdū Lucam. Gloria tibi domine.

In illo tp̄e. Miſſus eſt gabriel angelus a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth ad virgineꝫ diſponſatam viro: cui nomen erat ioſeph de domo dauid et nomen virginis maria. Et ingreſſus angelus ad eam/ dixit. Aue gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelꝰ ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gratiā apud dn̄m. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vocabis nomē eius ieſum. Hic erit magnus ⁊ filiꝰ altiſſimi vocabit᷑: ⁊ dabit illi dn̄s deus ſedē dauit pr̄is eius: ⁊ regnabit in domo Jacob in eternū: ⁊ regni eiꝰ nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud: qm̄ virū nō cognoſco. Et reſpōdens angelus dixit. Sp̄us ſc̄tus ſuꝑueniet in te ⁊ virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ ⁊ qd̄ naſcet᷑ ex te ſanctū: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ip̄a cōcepit filiū in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus ille que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autem maria. Ecce ancilla domini: fiat michi ſecundum verbum tuum. Deo gratias.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſecundum Matheum. Gloria tibi domine.

Cum natꝰ eſſet ieſus ĩ bethleẽ iude: ĩ diebꝰ herodis regꝭ. Ecce magi ab oꝛiẽte venerũt hieroſolymã dicẽtes. Ubi eſt ꝗ natꝰ ē rex iudeoꝛũ: Uidimꝰ enĩ ſtellã eiꝰ in oꝛiẽte: ⁊ venimꝰ cũ muneribꝰ adoꝛare eũ. Audiẽs autẽ herodes rex t̄batꝰ eſt: ⁊ oĩs hieroſolyma cũ illo. Et ꝯgregãs oẽs pꝛincipes ſacerdotũ ⁊ ſcribas populi: ſciſcitabat̄ ab eis vbi xp̄s naſceret̄. At illi dixerũt ei. In bethleẽ iude. Sic eĩ ſcriptũ eſt ꝑ ꝓphetã. Et tu bethleem t̃ra iuda: nequaq̃ minima es ĩ pꝛĩcipibꝰ iuda. Ex te enĩ exiet dux ꝗ regat populũ meũ iſrael. Tũc herodes rex clam vocatꝭ magis diligẽt̃ didicit ab eis tẽpus ſtelle q̃ apparuit eis. Et mittẽs eos ĩ bethleẽ dixit. Ite ⁊ int̃rogate diligẽter de puero: ⁊ cũ inueneritis renunciate michi: vt ⁊ ego veniens adoꝛeꝫ eum. Qui cum audiſſent regem abierunt. Et ecce ſtellam quam viderant in oꝛiente antecedebat eos: vſqꝫ dum veniens ſtaret ſupꝛa vbi erat puer. Uidentes autem ſtellam magi: gauiſi ſũt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius. Et pꝛocidentes adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis: obtulerunt ei munera/ aurũ/ thus/ et myrrham. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad herodem: per aliam viã reuerſi ſũt in regionem ſuam. Deo gratias.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſecūdū Marcū. Gloria tibi domine.

IN illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Jeſus: et exprobrauit incredulitatem illoruꝫ ⁊ duriciam cordis Quia his qui viderant eum reſſurrexiſſe a mortuis: non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptiſatus fuerit: ſaluus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint/ hec ſequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: ⁊ ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent: ⁊ bene habebunt. Et dominus quidem ieſus poſtꝙ locutus eſt eis: aſſumptus eſt in celum: et ſedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt vbiqꝫ domino cooperante: et ſermonem confirmante ſequētibus ſignis. Deo gratias.

This prayer folowynge ought for to be ſayde at maſſe whan the preeſt hathe ſayde the goſpell.

Per hec ſancta euangelica dicta deleantur vniuerſa noſtra delicta.

¶ Paſſio dn̄i nr̄i Jeſu chriſti ſecūdū Johānem.



Egreſſus eſt dominus ieſus cū diſcipulis ſuis trans torrenteꝫ cedron: vbi erat ortus in quem introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius. Sciebat autē ⁊ iudas qui tradebat eū locū qꝛ frequēter ieſus cōuenerat illuc cū diſcipulis ſuis. Iudas ergo cū accepiſſet cohortē a pōtificibus ⁊ phariſeis miniſtros: venit illuc cum laternis ⁊ facibꝰ et armis. Ieſus itaqꝫ ſciens oīa que vētura erant ſuꝑ eū ꝓceſſit ⁊ dixit eis. Quē queritis? Reſponderūt ei. Ieſum nazarenum. Dixit eis ieſus. Ego ſum. Stabat autē ⁊ iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis ieſus ego ſum: abierunt retrorſum ⁊ ceciderūt in terram. Iterum ergo eos interrogauit. Quem queritis? Illi autem dixerūt. Ieſum nazarenū. Reſpondit ieſus. Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo me queritis ſinite hos abire. Vt impleret᷑ ſermo quem dixit: quia quos dediſti michi non perdidi ex eis quēꝗ̄. Simon ergo petrus habēs gladium eduxit eum: ⁊ percuſſit pontificis ſeruum: ⁊ abſcidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus petro. Mitte gladium tuum in vaginam: calicem quem dedit michi pater non vis vt bibam?

illum? Cohoꝛs ergo ⁊ tribunus ⁊ miniſtri iudeoꝛum compꝛehenderunt ieſum: ⁊ ligauerūt eū: et adduxerunt eum ad annam pꝛimum. Erat enim ſocer cayphe: qui erat pontifex anni illius Erat autem cayphas qui conſilium dederat iudeis/ quia expedit vnū hominem moꝛi pꝛo populo. Sequebatur autem ieſum ſimon petrus ⁊ alius diſcipulus. Diſcipulus autē ille erat notus pontifici: ⁊ introiuit cum ieſu in atriū pōtificis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foꝛis. Exiuit ergo diſcipulus alius/ qui erat notus pontifici: ⁊ dixit oſtiarie: ⁊ introduxit petrum. Dixit autem petro ancilla oſtiaria. Nunquid et tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dixit ille. Non ſū Stabant autē ſerui ⁊ miniſtri ad pꝛunas: quia frigus erat et calefaciebant ſe. Erat autem petrus cum eis: ſtans ⁊ calefaciens ſe. Pontifex ergo interrogauit ieſum de diſcipulis ſuis ⁊ de doctrina eius. Ego palam locutus ſum mundo: ego ſemper docui in ſynagoga ⁊ in templo quo omnes iudei conueniunt: et in occulto locutus ſum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciunt que dixerim ego. Hec autem cum dixiſſet: vnus aſſiſtens miniſtroꝛum dedit alapaꝫ ieſu dicens. Sic reſpondes pontifici? Reſpondit ieſus. Si male locutus ſum/ teſtimonium perhibe de malo. Si autem bene: quid me cedis? Et miſit eum annas ligatuꝫ ad caypham pontificem. Erat autem ſymon petrus ſtans ⁊ calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei Nunquid et tu ex diſcipulis eius es? Negauit ille et dixit. Nō ſum. Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis: cognatus eius/ cuius abſidit petrus auriculam. Nōne ego te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit petrus: ⁊ ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo ieſum a caypha in pretorium. Erat autem mane: et ipſi non introierunt in pretorium vt non contaminarentur: ſed manducarēt paſcha. Exiuit ergo pylat⁹ ad eos foras: ⁊ dixit. Quam accuſationē affertis aduerſus hominē hunc? Reſponderūt ⁊ dixerūt ei. Si nō eſſet hic malefactor: nō tibi tradidiſſem⁹ eum. Dixit ergo eis pylatus. Accipite eū vos: ⁊ ſecundū legē veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quēq̄. Vt ſermo ieſu impleretur quem dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterꝫ in pretorium pylatus: ⁊ vocauit ieſum ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeorum? Reſpondit ei ieſus. A timetipſo hoc dicis: an alii tibi dixerunt de me? Dixit ei pylatus. Nunquid ego iudeus ſum? Gens tua et pontifices tradiderunt te michi. Quid feciſti? Reſpondit ieſus. Regnum meum nō eſt de hoc mundo. Si ex hoc mūdo eſſet regnum meum: miniſtri mei vtiqꝫ decertarent vt non traderer iudeis. Nunc ergo regnum meum non eſt hinc Dixit itaqꝫ ei pylatus. Ergo rex es tu? Reſpondit ieſus. Tu dicis: quia rex ſum ego. Ego ī hoc natus ſum: ⁊ ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeaꝫ veritati. Omnis qui eſt ex veritate: audit vocem meam. Dixit ei pylatus Quid eſt veritas? Et cū hoc dixiſſet: iterum exiuit ad iudeos et dixit eis. Ego nullam īuenio in eo cauſam. Eſt autē conſuetudo vobis: vt vnū dimitam vobis in paſcha. Vultis ergo dimittam vobis regē iudeoꝛū? Clamauerūt ruꝛſum om̄es dicētes. Non hunc ſed barrabā. Erat autem barrabas latro. Tunc ergo appꝛehēdit pylatus ieſum: ⁊ flagellauit. Et milites plectētes coꝛonam de ſpinis impoſuerunt capiti eius: et veſte purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum ⁊ dicebant. Aue rex iudeoꝛum. Et dabunt ei alapas. Exiuit iterum pylatus foꝛas ⁊ dixit. Ecce adduco vobis eū foꝛas: vt cognoſcatis quia nullaꝫ inuenio in eo cauſam. Exiuit ergo Ieſus poꝛtans coꝛonam ſpineam / et purpureum veſtimētum: ⁊ dixit eis pylatus. Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eū pōtifices ⁊ miniſtri: clamabāt dicētes. Crucifige crucifige eum Dixit eis pilatus. Accipite eum vos ⁊ crucifigite: ego enim nō inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei iudei. Nos legem habemus: ⁊ ſecūdum legem debet moꝛi: quia filium dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet pylatus hũc ſermonem magis timuit. Et ingreſſus eſt pretoriũ iterũ: ⁊ dixit ad ieſum. Unde es tu? Jeſus autem reſponſũ non dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Michi nõ loqueris? Neſcis quia poteſtatẽ habeo crucifigere te: ⁊ poteſtatẽ habeo dimittere te? Reſpõdit ieſus. Nõ haberes poteſtatẽ aduerſum me vllam: niſi tibi datum eſſet deſup. Propterea qui me tradidit tibi: maius peccatũ habet. Et exinde querebat pylatus dimittere eũ. Judei autẽ clamabant dicentes. Si hunc dimittis: nõ es amicus ceſaris. Omnis enim qui ſe regem facit cõtradicit ceſari. Pylatus ergo cũ audiſſet hos ſermones adduxit ieſuz foras: ⁊ ſedit pro tribunali in loco qui dicit̃ licoſtratos: hebraice aũt gabatha. Erat autem paraſceue paſche hora quaſi ſexta Et dixit iudeis. Ecce rex veſter. Jlli autẽ clamabant. Tolle tolle: crucifige eũ. Dixit eis pylatꝰ. Regem veſtrũ crucifigã? Reſponderũt pontifices. Non habemus regem niſi ceſarem. Tunc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeretur. Suſceperunt autem ieſum: ⁊ eduxerunt. Et baiulans ſibi crucem exiuit in eũ qui dicit̃ caluarie locum: hebraice autem golgotha: vbi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc ⁊ hinc: medium autem ieſum. Scripſit autem ⁊ titulum pylatus: ⁊ poſuit ſup crucem. Erat autem ſcriptum. Jeſus nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcriptū hebraice/ grece/ ⁊ latine. Dicebāt ergo pilato pōtifices iudeoꝝ. Noli ſcribere rex iudeorū: ſed quia ipſe dixit/ rex ſū iudeorū. Reſpōdit pylatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cum crucifixiſſent eū: acceperūt veſtimenta eiꝰ ⁊ fecerunt quattuor partes: vnicuiqꝫ militi partem et tunicā. Erat autē tunica inconſutilis deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Ut ſcriptura impleret̄ dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: ⁊ ſuper veſtē meā miſerunt ſortem. Et milites quidē hec fecerūt. Stabat aūt iuxta crucē ieſu mater eius: ⁊ ſoror matris eiꝰ maria cleophe ⁊ maria magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrē ⁊ diſcipulū ſtantem quē diligebat: dixit matri ſue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eā diſcipulus in ſuā. Poſtea ſciens ieſus quia iam om̄ia cōſummata ſunt: vt conſummaretur ſcriptura: dixit. Sitio. Uas autē poſitū erat aceto plenū. Illi aūt ſpongiam plenam aceto hyſopo circumponentes: obtulerūt ori eius. Cum ergo accepiſſet ieſus acetum: dixit. Conſummatum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. ✠ Iudei ergo quoniā paraſceue erat: vt nō remanerent in cruce corpora ſabbato) Erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt pylatum vt frangerent̄ eoꝝ crura ⁊ tollerentur. Venerunt ergo milites ⁊ pꝛimi q̄dem fregerunt crura: et alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad ieſum autem cum veniſſent: vt viderunt eum iam moꝛtuū non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit: ⁊ verum eſt teſtimoniū eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta ſunt enim hec: vt ſcriptura impleret̄. Os nō cōminuetis ex eo. Et iteꝝ alia ſcriptura dicit. Videbūt in quē tranſfixerūt. Poſt hec autē rogauit pilatum ioſeph ab arimathia (eo ꝙ eſſet diſcipulꝰ ieſu occultꝰ aūt ꝑpter metū iudeoꝝ) vt tolleret coꝛpus ieſu. Et ꝑmiſit pylatus. Venit autē ⁊ nichodemus: qui venerat ad ieſum nocte pꝛimū ferēs mixturā myꝛrhe ⁊ aloes: quaſi libꝛas centum. Acceperūt autē coꝛpus ieſu ligauerūt eū lintheis cū aromatibus: ſicut mos eſt iudeis ſepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus eſt oꝛtus: ⁊ in oꝛto monumētū nouū: in quo nōdū quiſq̄ poſitus fuerat. Ibi ergo ꝑpter paraſceuē iudeoꝛū (qꝛ iuxta erat monumentū) poſuerūt ieſū. Deo grās. ℣. Qui paſſus es pꝛo nobis. ℟. Dn̄e miſerere nobis. Oꝛemus.

DEus qui manꝰ tuas ⁊ pedes tuos ⁊ totū coꝛpus tuum pꝛo nobis peccatoꝛibus in

ligno crucis poſuiſti: ⁊ coronam ſpineā a iudeis
in deſpectu tui ſacratiſſimi domis ſuper capu
tuum impoſitam ſuſtinuiſti: ⁊ quinqꝫ vulnera
pro nobis peccatoribus in ligno cruci paſſus fu
iſti. da nobis hodie ⁊ quotidie vſū penitētie/ ab
ſtinētie/ patiētie/ humilitatis/ caſtitatis/ lumē
ſenſum/ ⁊ intellectū: ⁊ purā cōſcientiā vſqꝫ ad fi
nem. Per te ieſu xp̄e ſaluator mundi: qui in tri
nitate perfecta viuis et regnas deus Per oīa
ſecula ſeculorum. Amen.

¶ These prayers folowyng ought to be
ſayde or ye departe out of your chambre
at your vpryſynge.



Auxiliatrix ſis michi tri
nitas ſancta deus in no
mine tuo leuabo manus meas
Crux triumphalis paſſionis d
mini noſtri ieſu xp̄i. Jeſus naza
renus rex iudeorum. fili dei miſe
rere mei. In nomine patris et fi
lij et ſpiritus ſancti. Amen.
Per ſignum ſancte crucis de inimicis noſtris li
bera nos deus noſter.

Piiſſime deus ⁊ clementiſſime pater laudes ⁊
gratias ago tibi dn̄e ieſu xp̄e om̄ps eterne deus
qui me indignū famulum tuū. N. in hac nocte
cuſtodiſti/ protexiſti/ viſitaſti/ ſanū ⁊ incolumē
ad principiū huius diei me peruenire feciſti ⁊ p

aliis beneficiis tuiſque tua ſola bonitate michi cōtuliſti: depꝛecoꝛ clemētiā tuā miſericoꝛs deus vt concedas michi diem ventuꝝ ſic peragere in tuo ſancto ſeruitio cū humilitate/ diſcretiōe/ deuotione ⁊ dilectiōe benigna: vt tibi ſeruitutem meā debitā ⁊ palcabilē in om̄ibus opibus meis valeā perſoluere ⁊ fac me cuꝫ tua gratia viuere ſemꝑ ⁊ om̄ibus diebus vite mee tibi commendo coꝛpus meum et aīam meam. Per xp̄m.

¶ Whan thou goeſt fyrſt out of thy hous bleſſe the ſayeng thus.

Crux triumphalis dn̄i noſtri ieſu xp̄i ecce viuifice crucis dn̄icum ſignū fugite partes aduerſe In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti. Amen.

Deus qui tres magos oꝛientales Jaſpar Melchioꝛ ⁊ Balthaſar ad pꝛeſepe dn̄i ſtella duce conduxiſti: [illegible] pꝛopoſita ſine totiꝰ aduerſitatis impedimento [illegible] quos ꝯduxiſti angelo nunciante reduc me templo auxiliante. Per.

Angele qui meus es cuſtos pietate ſuperna. me tibi commiſſum [illegible] ſerua defende guberna.

¶ Ad crucem.

Crucē tuā adoꝛamꝰ ⁊ veneramur dn̄e ieſu xp̄e ⁊ clementiā tuā humiliter imploꝛamus vt nobis pctōꝛibus miſerere ⁊ parcere digneris: q̄ dignatus es naſci de virgine maria. Amen.

¶ Whan the pꝛeſt cometh after the lauatoꝛye.

Spiritus ſancti gratia illuſtret ⁊ illuminet coꝛ tuum ⁊ labia tua ⁊ accipiat dn̄s hoc ſacrificium de manibus tuis dignum pro peccatis ⁊ offenſionibus noſtris.

¶ At the leuacyon of our lorde.

O anima xp̄i ſanctifica me. Corpus xp̄i ſalua me. Sanguis xp̄i inebria me. Aqua lateris xp̄i laua me. Paſſio chriſti conforta me. Sudor vultus xp̄i virtuoſiſſimi ſana me. O bone ieſu exaudi me ⁊ ne permittas me ſeparari a te. Ab hoſte maligno defende me. In hora mortis voca me ⁊ pone me iuxta te: vt cum angelis ⁊ ſanctis tuis laudem te dominum ſaluatorem meum in ſecula ſeculorum.

¶ Whan thou entreſt into ÿ church ſay thus.

Psal. 5. 7 8

Dn̄e in multitudine miſericordie tue introibo in domū tuam: adorabo ad templū ſanctū tuū ⁊ confitebor nomini tuo. Dn̄e deduc me in iuſticia tua ꝓpter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meā.

¶ Whan thou takeſt holy water ſay thus.

Aqua benedicta ſit michi ſalus et vita. Preſta michi dn̄e per hanc creaturā aſperſionis aque ſanitatem mentis/ integritatē corporis/ tutelā ſalutis/ ſecuritatem ſpei/ corroborationē fidei nunc in futuro. Amen.

¶ Whan thou begynneſt to praye thus begynne knelynge.

Diſcedite a me maligni ⁊ ſcrutabor mandata dei mei. Aufer a me dn̄e omnes iniquitates meas.

vt merear pura mente introire in ſancta ſctoꝝ. Veni dñe viſitare me in pace vt letar coꝛam te coꝛde perfecto. Aperi dñe os meū ad bñdicendū nomen tuū. Emūdaq; coꝛ meū a vanis ⁊ neq̄ſſimis cogitationibus vt dign⁹ merear exaudiri ante conſpectū diuine magiſtatis tue: dign⁹ es dñe deus meus accipere gloꝛiā ⁊ honoꝛem ⁊ virtutem: quia tu creaſti oīa ⁊ pꝛopter nomen tuum erant ⁊ creata ſunt. Salus ⁊ honoꝛ deo meo qui ſedes ſuper thꝛonū ⁊ agno all'a.

O Bone ieſu tu nouiſti ⁊ potes ⁊ vis bonuz aīe mee. Ego miſer nec noui nec poſſū tu pꝛo pietate tu inſtabili mecū diſponas ſcđm qđ noueris tibi velle ⁊ michi pꝛodeſſe. Amen.

AScendat ad te dñe deus oꝛatio mea ⁊ pecto vt nō reuertat᷑ ad me vacua ſed ſicut vis ⁊ ſcis miſerere mei in oībus aīe ⁊ coꝛpoꝛis neceſſitatibus Amē. Jeſus Jeſus Jeſus eſto michi Jeſus. Amē.

¶ Pꝛo carnali dilectione.

DOmine libera aīam meaz a carnali dilectiōe et a maloꝝ recoꝛdatiōe vt eoꝛū que vidi vel audiui a malis in ſeculo non recoꝛder ⁊ aliis non dicā. Dñe concede michi in hoc ſeculo ſancto habitu viuere vt a te in perpetuū non ſeparer: quatenus pꝛo me ⁊ pꝛo meis parentibus te digne exoꝛare valeam. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛum.

¶ Pꝛo temptatione carnis.

DOmine ieſu criſte rex virginuꝫ integritatis amatoꝛ munda ⁊ muni coꝛ meum ab oībus ſagittis ⁊ inſidiis inimici ⁊ extinguēs in me om̄e incendiū libidinis: da verā humilitatem ⁊ tranquilitatē patiētie pectoꝛi meo: ſuccende mētem meā tue charitatis ſtimulis/ vt odio habens omnē viam iniquitatis poſſim cunctis diebus vite mee complacere tibi. Amen.

¶ Pꝛo vera penitentia.

OMp̄s ſēpiterne de⁹ pꝛecoꝛ te vt nō permittas me ꝑire qꝛ creatura tua ſū. Cōcede michi ſpaciū vite ⁊ poſſibilitatē atqꝫ volūtatē bn̄ viuēdi vt ante diē exit⁹ mei ꝑ verā penitētiā merear placere tibi deo meo viuo ⁊ xp̄o q̄ ſol⁹ de⁹ et dn̄s viuis ⁊ regnas in ſcl̄a. ⁊c.

¶ Hoꝛa pꝛima.

DOmine deus q̄ nos ad pꝛincipiū hui⁹ diei ꝑuenire feciſti: nos hodie ſalua virtute Et cōcede vt in hac die ad nullum declinemus peccatū nec vlluꝫ incurramus ꝑiculū ſed ſemꝑ ad tuā iuſticiā faciendā noſtra pꝛocedant eloq̄a dirigant̄ cogitatiōes ⁊ opera. Amen.

Dn̄e deus omīp̄s qui me in hanc hoꝛā ſecundā ꝑ nocturnas caligines ꝑuenire feciſti. Cōſerua me hodie per hoꝛaꝝ ſpacia ⁊ momenta temꝑis ⁊ ꝑ tuā mīam fac me ſemꝑ ꝑmanere illeſū. Per

¶ Hoꝛa tercia.

Dn̄e ieſu xp̄e qui hoꝛa tercia diei ad crucꝭ penā pꝛo mūdi ſalute ductus fuiſti: te ſuppliciter dep̄ coꝛ vt deleas pctā mea ⁊ de p̄teritis malis meis ſemꝑ apud te veniā inuenire merear: ⁊ de futuris iugit habeā cuſtodiā. Qui cū patre ⁊ ſpū ſancto viuis ⁊ reg. ⁊c.

¶ Hoꝛa ſexta. vl̄ redempcōne

Dñe ieſu xp̄e qui dum hoꝛa ſexta pꝛo ~~ꝑditione~~ mundi crucis aſcendiſſes lignū vniuerſus mūdus in tenebꝛas conuerſus eſt: illam michi lucē in aīma ⁊ coꝛpoꝛe tribue per quā ad eternam vitam ꝑuenire merear. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per.

¶ Hoꝛa nona.

Dñe ieſu xp̄e qui hoꝛa nona ī crucis patibulo confitentē latronē intra menia paradiſi tranſire iuſſiſti: te ſuppliciter confitens peccata mea/ depꝛecoꝛ vt poſt obitū meū me in paradiſi gaudia introire gaudentem concedas. Qui cū pa. /

¶ Hoꝛa veſpertina.

Gꝛatias ago tibi dñe deus omp̄s q̄ me ꝑ huius diei curſum in hanc hoꝛam veſpertinā ꝑuenire tribuiſti te ſuppliciter depꝛecoꝛ vt ad te eleuatio manuū meaꝝ ſit in aſpectu tuo acceptabile ſacrificiū veſꝑtinū. Per.

¶ Hoꝛa completoꝛij.

Dñe deus dñatoꝛ oīm ⁊ pꝛotectoꝛ qui ſeparaſti lumē a tenebꝛis: te ſubnixis p̄cibus exoꝛo vt per hāc ſupuēture noctis caliginē tua me ꝓtegat dextera vt in lucis auroꝛa gaudens reſurgā. Per.

¶ Oꝛatio ſancti Auguſtini in nocte.

Deus pater noſter q̄ vt oꝛemus hoꝛtaris: qui ⁊ * hoc quo rogaris pꝛeſtas ſiquidē cū te rogamus in melius viuimus. Exaudi me palpitātem in his tenebris. Et michi dexteram tuam porrige pretende michi lumen tuū: reuoca me ab erroribus ⁊ te duce in me redeam ⁊ in te.

¶ Oratio ſancti Ancelmi.

Dn̄e deus meus ſi feci vt eſſem reus tuus: nūquid facere potui vt nō eſſem effectus tuus ſi inde puritatē meā ademi: nūqd miam tuā pemi. ſi cōmiſi vnde me dānare poſſes / tu nō amiſiſti vnde ſaluare ſoles / veꝝ eſt dn̄e ꝙ ꝯſcientia mea meret̄ dānationē: ſed mia tua ſuperat omnē offenſionē. Parce ergo michi dn̄e quia non eſt impoſſibile tue potentie / nec indecens tue iuſticie / nec inſolitū tue clementie. Quid enim eſt ieſus niſi ſaluator. Ergo ieſu qui me creaſti non perimas / qui me redemiſti non condēnes: q me creaſti tua bonitate nō pereat opus tuū mea iniqtate. Cognoſce ergo in me quod eſt tuū ⁊ abſterge quod eſt meū. Qui cū deo p̄re ⁊ ſpū ſcō.
In noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti. Amen.

PAter noſter qui es in celis ſanctificet̄ nomen tuū. Adueniat regnū tuū. Fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in terra. Panem noſtrū quotidianuꝫ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoribus noſtris Et ne nos inducas in temptationē Sed libera nos a malo. Amen.

Aue maria gratia plena dominus tecum: bene dicta tu in mulieribus et benedictus fructus vētris tui ieſus. Amen.

Credo in deū patrem om̄ipotentē creatorē celi ⁊ terre. Et in ieſū xp̄m filium eiꝰ vnicū dn̄m noſtꝝ. Qui conceptus eſt de ſp̄ū ſc̄tō. Natus ex maria virgine. Paſſus ſub poncio pilato: crucifixus mortuus et ſepultus. Deſcendit ad inferna tercia die reſurrexit a mortuis. Aſcendit ad celos ſedet ad dexterā dei patris om̄ipotētis Inde venturus eſt iudicare viuos et mortuos.

Credo in ſpiritū ſc̄tm̄: ſāctā eccleſiā catholicaꝫ ſanctorū cōmunionē: remiſſionē pc̄tōꝝ: carnis reſurrectionē. Et vitam eternā. Amen.

Confiteor tibi dn̄e ieſu xp̄e om̄ia peccata mea quecunqꝫ feci ab infantia mea vſqꝫ nūc ſciēs aut ignorās: ⁊ q̇cquid in hac die vel in hac nocte dormiēs aut vigilans in verbis/ in factis/ in cogitationibus per iacula dyaboli: aut ꝑ deſideriū carnis mee aduerſus tuā volūtatē ex toto corde meo veniā peto: exorās ne ira tua veniat ſuꝑ me ſed gr̄a tua reſpiciat ſuꝑ me ieternū. Fiat bn̄dictio dei p̄ris ⁊ filij ⁊ ſp̄us ſc̄ti ſuꝑ me. ⁊ Aſſit michi interceſſio ſc̄tē dei genitricis marie/ ſc̄ti michaelis archangeli/ ſc̄ti iohānis paptiſte ſancti iohānis euāgeliſte/ ſc̄ti petri/ ſācti pauli/ ſancti georgij/ ſancti xp̄ofori ſancti martini/ ſācti nicolai/ ſc̄tē katherine/ ſc̄tē margarete/ ⁊ ſancte barbare/ ⁊ omnes ſancti ⁊ electi dei orate pro me vt merear vobiſcū regnum dei poſſidere.

Suſcipere dignare dñe deꝰ omp̄s has orationes quas ego indignus pctōꝝ decātare deſidero in honore ſanctiſſimi nōis tui ⁊ beate marie v̄ginis genitricis filij tui dñi noſtri ieſu xp̄i ⁊ omniū ſanctoꝝ tuorū ⁊ ſanctaꝝ pro me miſero pecatore om̄ibuſqꝫ propinquis/ amicis parentibꝰ/ benefactoribꝰ ⁊ recōmendatis meis pro peccatis innumerabilibꝰ per nos cōmiſſis ac pro aīabus omniū fideliū defunctoꝝ: ⁊ cōcede q̄s omp̄s deus vt nobis oībus he oratiōes proficiant ad ſalutē corporis remediūqꝫ anime ⁊ ad verā penitentiā faciendā in hac vita ⁊ in fine ad gloriā ⁊ vitā eternā conſequendā Amen.

¶ whan thou receyueſt the pax ſay. ✠

Da pacē dñe in diebꝰ noſtris qꝛ nō eſt alius q̄ pugnet pro nobis niſi tu dñe deus noſter.

¶ whan thou ſhalt receyue the ſacrament.

✠ Dñe non ſum dignus vt intres ſub tectū meū ſed tu dñe qui dixiſti. Qui māducat meā carnē ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet et ego in eo. Propitius eſto michi peccatori per ſumptioneꝫ corporis ⁊ ſanguinis tui: ⁊ preſta vt nō ad iudiciū dānationis illud ſumā ſed mīa tua tribuente in ſalutē ⁊ remiſſionē pctōꝝ meoꝝ. Qui viuis. ⁊c.

¶ whan thou haſt receyued.

Vera p̄ceptio corporis ⁊ ſanguinis tui deus omp̄s nō veniat michi ad iudicium ne ꝑ ad ꝯdēnationē: ſed ſit omniū pctōꝝ optata remiſſio anime ⁊ coꝛpoꝛis mei pia gubernatio ⁊ potēs ad vitam pꝛeſentē ⁊ eternā introductio. Per.

¶ To gete grace foꝛ ſynnes.

Exaudi q̄s dñe ſupplicū pꝛeces ⁊ confitentium tibi parce pctīs vt pariter nobis indulgentiā tribuas benignus ⁊ pacem. Per

¶ Ayenſt euyll thoughtes.

Omp̄s mitiſſime deus reſpice ꝓpicius ad pꝛeces noſtras ⁊ libera coꝛ noſtꝝ de malarum temptatiōe cogitationū vt ſancti ſpūs dignum fieri habitaculum mereat. Per.

¶ Foꝛ the kynge.

Deus regnoꝛū ⁊ xp̄iani maxime ꝓtectoꝛ impii da ſeruo tuo. N. regi nr̄o de hoſte triumphū vt q̄ tua ꝓuidētia extitit cōſecratus: tuo ſemꝑ munimine potens ſit et ſecurus. Per xp̄m.

¶ Foꝛ thy frende lyuynge.

Deus qui iuſtificas impiū ⁊ nō vis moꝛtem pctōꝝ: maieſtatē tuā ſupplices exoramus vt famulū tuū N. de tua mīa cōfidentē celeſti pꝛotectiōe cōſerues vt tibi iugiter famuletur ⁊ nullis tēptationibus a te ſeparetˀ. Per.

¶ Foꝛ way faryngemen.

Adeſto dñe ſupplicatiōibus nr̄is ⁊ viam famuloꝝ tuoꝝ in ſalutis tue pꝛoſperitate diſpone: vt inter oēs vie ⁊ vite huius varietates tuo ſemꝑ pꝛotegantˀ auxilio. Per.

¶ For frendes in ſyknes or in neceſſite.

Omp̄s ſempiterne de⁹ ſalus eterna credentium exaudi nos pro famulo tuo ſeu pro famula tua. N. pro quo vel qua miſericordie tue imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate gratiarū in eccleſia tua referat actionem. Per chriſtum dñm noſtrum. Amen.

¶ For thy fader and moder dede.

Deus qui nos patrē ⁊ matrem honorare p̄cepiſti: miſerere clemēter aīabus patris mei ⁊ matris mee/ eorumq; peccata dimitte: meque cum illis in eterne claritatis gaudio fac videre. Per chriſtū dñm noſtrū. Amen.

¶ For thy frende that is dede.

Suſcipe piiſſime deus in ſinu patriarche tui abrahe aīam famuli tui N. eamq; ſanctis ⁊ electis oīb⁹ adiunge: ſed ne ei noceat culpa carnis ad penam/ proſit ille tue miſeratio pietatis ad veniam. Per xp̄m dñm noſtrū. Amen.

¶ For the lyuynge and dede.

Omnipotens ſempiterne deus qui viuorum dominaris ſimul ⁊ mortuorū/ omniumq; miſereris quos tuos fide ⁊ opere futuros eſſe p̄ſcis: te ſuppliciter exoramus vt pro quibus effundere preces decreuimus quoſq; vel preſens adhuc ſeculum in carne retine vel futurū iam exutos corpore ſuſcepit: intercedentibus omnibus ſanctis tuis pietatis tua clementia delicto rum ſuorum veniam ⁊ gaudia conſequi mereamur eterna. Per dominū noſtrum ieſum criſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Sequitur oratio de beato rege Henrico.

Rex henricus ſis amicus nobis in anguſtia.
Cuius prece nos a nece ſaluemur perpetua.
Lampas morum ſpes egrorum ferens medicamina
Sis tuorum famulorum ductor ad celeſtia.
Pax in terra non ſit guerra orbis per confinia.
Virtus creſcat ⁊ ferueſcat charitas per omnia.
Non ſudore vel dolore moriamur ſubito.
Sed viuamus ⁊ plaudamus celis ſine termino.

℣. Ora pro nobis deuote rex henrice. ℟. Ut per te cunctis ſuperati ſint inimici. Oremus.

Preſta queſumus omnipotens ⁊ miſericors deus ut qui deuotiſſimi regis henrici merita miraculis fulgentia pie mentis affectu recolimus in terris: illius et omnium ſanctorum tuorum interceſſionibus ab omni peſte/febre/morbo ac ſubitanea morte erepti liberemur mal[illegible] gaudiis ſempiterne [illegible] mereamur. Per xpm dominū noſtrum. Amen.

Oratio bona vnicuiqꝫ dicenti perutilis ⁊ pro ſuis benefactoribus. Hanc quidem orationem compoſuit ſanctus Auguſtinus.

40.

Deprecamur te dñe Jeſu in oĩni miſa tua vt auferetur furoꝛ tuus ⁊ ira tua a ciuita iſta ⁊ ab hac domo ſancta tua: quia peccauimus tibi ⁊ iniquitntem coꝛã te fecimus/ nichilq; dignum in cõſpectu tuo egimus: ſuccurre nobis q ſumus ⁊ miſerere aĩabus oĩum benefactoꝝ noſtroꝝ tã viuoꝝ q̄ defunctoꝝ: vt pꝛo beneficiis q nobis largiti ſunt in terris pꝛemia eterna conſequantur in celis. ℣. Adoꝛamus te xp̄e ⁊ benedicimus tibi: quia per ſanctã crucem tuam redemiſti mundum miſerere nobis. Clementer qui paſſus es pꝛo nobis. Oꝛemus.

Domine ieſu chꝛiſte fili dei viui pone paſſionem crucem ⁊ moꝛtem tuam inter iudicium tuum ⁊ animas noſtras nunc ⁊ in hoꝛa moꝛtis noſtre: ⁊ largiri digneris viuis miſericoꝛdiam ⁊ gratiam: defunctis requiẽ ⁊ veniã: eccleſie tue ſancte pacem ⁊ concoꝛdiam: et nobis peccatoꝛibus vitam ⁊ gloꝛiam ſempiternam. Qui cum patre ⁊ ſpiritu ſancto viuis ⁊ regnas deus Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Gloꝛioſa paſſio domini noſtri ieſu chꝛiſti eruat nos a doloꝛe triſti ⁊ perducat nos ad gaudia paradiſi. Amen.

¶ Sequuntur hoꝛe beate Marie virginis ſecundum vſum Sarum. Ad matutinas.



Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam.

Deus in adiutoꝛium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Gloꝛia paetri et filio et ſpũi ſctō. Sicut erat in pꝛincipio et nunc et ſemper et in ſecula ſeculoꝝ. Amen. Alleluya. Inuitatoꝛium. Aue maria gr̃a plena Dñs tecũ. Aue Pſalmus. 95

VEnite exultemus domino iubelemus deo ſalutari noſtro: pꝛeocupemus faciem eius in confeſſione et in pſalmis iubilemus ei. Aue maria gratia plena dñs tecum. *

Quoniam deus magnus dominus ⁊ rex magnus ſuper omnes deos: quoniam non repellet) dominus plebem ſuam/ quia in manu eius ſunt omnes fines terre/ et altitudines montium ipſe conſpicit. Dominus tecum.

Quoniam ipſius eſt mare et ipſe fecit illud ⁊ aridam fundauerunt manus eius: venite adoꝛemus et pꝛocedamus ante deũ ploꝛemus coꝛam domino qui fecit nos quia ipſe eſt dominus deus noſter nos autem populus eius et oues paſcue eius. Aue maria gratia plena dñs tecum.

Hodie ſi vocẽ eius audieritis nolite obdurare coꝛda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundum di-

em temptationis in deſerto vbi temptauerunt
me patres veſtri pꝛobauerunt et viderunt opera mea. Dominus tecum.

Quadraginta annis pꝛoximus fui generatiōi
huic ⁊ dixi ſemꝑ hi errant coꝛde ipſi vero nō cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea
ſi introibunt in requiem meam. Aue maria.

Gloꝛia patri et filio ⁊ ſpiritui ſancto: ſicut erat
in pꝛincipio ⁊ nūc ⁊ ſemper ⁊ in ſecula ſeculoꝛū.
Amen. Dn̄s tecum. Aue maria.

Hymnus.

3 Quem terra ponthus ethera colunt adorant pꝛedicant: trinam regētem machinam clauſtrum marie baiulat.

Qui luna ſol ⁊ omnia deſeruiunt per tempoꝛa
perfuſa celi gratia geſtant puelle viſcera.

Beata mater munere cuiꝰ ſupnꝰ artifex mūdū
pugillo cōtinens vētris ſub archa clauſus eſt.

Beata celi nuncio fecunda ſancto ſpū̄ deſideratus gentibus cuius peraluū̄ fuſus eſt.

Gloꝛia tibi dn̄e qui natus es de virgine: cū patre ⁊ ſancto ſpū̄ in ſempitena ſecula. Amen.

Pſalmus. 8

An. Benedicta tu.

Domine dominus noſter: q̄ admirabile
eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Qm̄ eleuata eſt magnificētia tua: ſuper celos.

Ex oꝛe infantiū ⁊ lactētiū ꝑfeciſti laudē pꝛopt
inimicos tuos: vt deſtruas inimicū ⁊ vltoꝛē.

Quoniā videbo celos tuos opera digitoꝛū tuo

rum:lunam et ſtellas que tu fundaſti.
Quid eſt homo q̄ memor es eius:aut filius ho-
minis quoniam viſitas eum.
Minuiſti eū paulominꝰ ab angelꝭ gl̄ia ⁊ hono
re coronaſti eū/⁊ ꝯſtituiſti eū ſup opera manuū
Om̄ia ſubieciſti ſub pedibꝰ eius:oues ⁊ (tuaꝝ.
boues vniuerſas inſuper ⁊ pecora campi.
Volucres celi ⁊ piſces maris:q̄ perambulāt ſe
Dn̄e dn̄s noſter:q̄ admirabi- (mitas maris.
le eſt nomen tuū in vniuerſa terra. Gloria p̄s. 19
Celi enarrant gloriam dei:⁊ opera manu(
um eius annunciat firmamentum.
Dies diei eructat verbū:⁊ nox nocti indicat ſci-
Non ſunt loquele neq̄ ſermones: (entiam.
quorꝫ non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit ſonus eorum:⁊ in fi
nes orbis terre verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculum ſuū:⁊ ipſe tanq̄
ſponſus procedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gygas ad currendā viam:a ſum
mo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſq̄ ad ſummuz eius:nec eſt
qui ſe abſcondat a calore eius.
Lex dn̄i immaculata cōuertens aīas: teſtimo-
nium dn̄i fidele ſapientiā preſtans paruulis.
Iuſticie dn̄i recte letificantes corda: preceptuz
domini lucidum illuminans oculos.
Timor dn̄i ſanctus permanet in ſeculū ſeculi:

iudica dñi vera iuſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuꝑ aurum ⁊ lapidem pꝛecioſuz multum: et dulcioꝛa ſuper mel et fauum.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me: et ab alienis parce ſeruo tuo.

Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundaboꝛ a delicto maximo.

Et erunt vt complaceant eloquia oꝛis mei: et meditatio coꝛdis mei in conſpectu tuo ſemper.

Domine adiutoꝛ meus: et redemptoꝛ meus.

Gloꝛia patri et filio. ⁊c. Pſalmus. 24

Domini eſt terra et plenitudo eius: oꝛbis terraꝝ ⁊ vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: et ſuper flumina pꝛeparauit eum.

Quis aſcendit in montē domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius.

Innocēs manibus ⁊ mūdo coꝛde: q̄ nō accepit in vano aīam ſuā nec iurauit ī dolo ꝓximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino: ⁊ miſericoꝛdiam a deo ſalutari ſuo.

Hec gn̄atio q̄rentiū eū: q̄rētiū faciē dei iacob.

Attollite poꝛtas pꝛincipes veſtras ⁊ eleuamini poꝛte eternales: ⁊ introibit rex gloꝛie.

Quis eſt iſte rex gloꝛie: dominus foꝛtis et potens dominus potens in pꝛelio.

Attollite poꝛtas pꝛincipes veſtras ⁊ eleuamini poꝛte eternales: ⁊ introibit rex gloꝛie.

Quis eſt iſte rex gl'ie: dn̄s ꝟtutū ipe eſt rex gl'ie.

